



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Venus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

temur) in cuius stellis vires fortesque interiorum omnium contineantur. Clotho vero Planetarum ^{αδω. ηρα,} ^{στομρο, fi-} ^{λυα scilicet} ^{πυρα.} cecum, in evolendis rerum fortibus firmamento subministrantem. Atropon denique Saturnum, quæ stabilitate sua eductas in effectum fortes immutabiliter confirmet: quæ quoniam late apud eos disputantur, à me nunc prætereuntur.

DE LAQUEO. CAP. XXVIII.

Hæc vero Parcarum lina in opus deducta, laqueum neverunt, artificique astu composuerunt: de quo dicere non fuerit importunum,

AMOR. CAP. XXIX.

Laqueus vel vinculum, nunc rete, nunc decipula quælibet, amorem hieroglyphicè significat, quippe qui artibus his homines convenitur, taciteque aggressus incautos in insidias trahat. Addunt etiam nonnulli hamum, de quo loco suo dictum. Quod ad laqueum facit, aliqua spe proposita voluptatis ita decipimur, veluti feras quoque, apposta esca, spe bohi, capere moris est. Neminem enim facilius decipias, & arbitrio colligaris tuo, quam amantem: unde etiam vinculum, & vincendi, & captivum reddendi, significatum habet.

VENUS. CAP. XXX.

Ipsi vero Veneri amoris genitrici à vinculo nomen inditum: siquidem à viere, quod ligare est, dictam ait Varro. Quod vero apud Lacedæmonios Venus cognomento *Μορφα*, pedicis circa pedes obvolutis ostendebatur: nam Tyndarum serunt coniecisse Venerem in vincula, quo filiarum opprobria, quæ impulsu ejus acciderant, ulcisceretur. Sedenim Pausanias figmentum hoc à vulgi fabula sommovet, remque eruditius hieroglyphicè interpretatus, ea specie significari tradit, quod debeant mulieres erga viros suos in fide firmiter & constantur permanere. Nostri in universum castitatem & sobrietatem ita comparandam monuere, si tali utamur hieroglyphico, dum ajunt:

Compedibus Venerem, vinculis constringe Lyæum.

DIANA. CAP. XXXI.

Apud eosdem Lacedæmonios, Dianæ simulacrum, quod Iphigenia & Orestes ex Taurica regione detulerunt, vitice colligatum colebatur, nempe quod eam auferentes viticem fasciculo obvolutam occultaverint. Huic quondam homines sorte ductos immolabant, quod sacrificii genus Lycurgus in Epheborum stagra commutavit, simul ut aram Dianæ, quod ipsa oraculo sibi deprecere visa erat, humano sanguine conspergeret, simul ut plagarum cotemptu fortioerem redderet juventutem.

DIANA STRANGVLATA. CAP. XXXII.

Apud Caphyatas Arcadiæ populos, Dianæ strangulatæ simulacrum, atq; eidem templum erat. Significabat id non hieroglyphice, sed historice, rem super ea gestam: propterea quod pueri quidam circa templum ludentes funiculum repertum simulacri collo injecerunt, se Dianam suspendisse dicentes, quos Caphyata lapidibus obruerunt, oraculo inde moniti eos sepelire, & sacra quotannis facere, cum eorum uxores omnes abortivos partus ederent. Author Pausanias.

FIRMITAS. CAP. XXXIII.

Solum vero *ἐνυδλιον* Lacedæmonii pedibus vincum colebant, cujusmodi vetustissimam apud eos statuam fuisse Pausanias attestatur, ne scilicet aliorum ab urbe sua secederet, sed in ea firmus stabilisq; permaneret. Cujusmodi infania Tyrios etiam vexavit, quo tempore ab Alexandro Macedone oblidebantur:

H h h



*a Martem.
Sic Saturn.
in compedi-
bus visib.
et per an-
nem Janes*

nam